

1753

P O L E M I C I.

1754

tur fol. ult. vacuo: Anno domini MCCCCLVIII^o feria ante translacionem Sancti Wenceslai I. in XLma ante dominicam Oculi Georgius de Cunstat sublimatus est in Regem Bobemie per Barones nobiles et Ciuitates.

CCCCXLIV.

560 Codex partim membraneus, partim chartaceus, lat. Sec. XV. Folior. 226. 4. currente calamo scriptus, rubricisque distinctus est Pars I. Harmoniae sive Concordiae Evangelicae, cujus Autor, cum frequenter Job. Wicleffum cum proprio, tum Doctoris Evangelici nomine adpellet, ad Bohemiam Partesque Hussiticas pertinet, et fortassis, ut ad Exemplum mutilum Cod. CCCCXLVII. prolatum suspicionem movi, ipse Hussus est. Titulus Operis: Incipit prefacio siue arenga ad accessum in Matheum. Hoc tenore: In dei nomine. Amen. Quia karissimi, ut nostis res magna manibus nostris se offert, que vires nostras nimium excedit &c. Ideo ad fiduciam in Deum conferendam, fundendasque preces hortatur. Posthaec Prolegomenon instar tractantur hae duae Quaestiones: Vtrum scriptura sacra per prophetas et apostolos de Christo deo et homine vero scripta pro omni sua parte quo ad sensum literalem sit vera. Et: Vtrum sicut partium scripture sacre datur convenientia, ita earum poterit dari perfectione superaddita et differentia. Tum exposito Hieronymi in

Matthaeum Prologo Harmonia ipsa sic init: Lex seu doctrina evangelica perfectissima est, per se sufficiens ad regimen ecclesie militantis, cui non licet quicquam addere uel subtrahere &c. quam Thefin peculiari Opusculo a Job. Hussu propugnata habes Cod. nobis DCCCCLXVIII. et in Edit. Opp. ejus 1715. P. I. p. 55. Finitur haec Pars in expositione C. IV. Lucae v. 30. et subscribitur: Finis huius prime partis anno domini M^o. CCCC^o. XXXVII^o. feria II. in die felicitis martiris.

CCCCXLV.

Codex chartaceus lat. Sec. 561 XV. Folior. 169. 4. scriptus, uti praecedens, est Pars II. Harmoniae sive Concordiae Evangelicae, quae sic incipit: Postquam a principio corporis evangelici actum est de ingressu saluatoris nostri ihesu in hunc mundum per eius conceptionem et natiuitatem, et post hoc de eius progressu per hunc mundum per eius legislationem — iam agitur de eius egressu de hoc mundo per eius passionem. Hic itaque Historia Passionis usque ad Ascensionem Domini enarratur, fusius multo, quam quidem inter Opera Hussi P. II. p. 12. terminaturque pia Lectorum adhortatione, protestatione, lapsuumque deprecatione, cui subscriptum: Explicit Scriptum super Quatuor Evangelia Mathei videlicet Marci Lucae et Iohannis in unum concordata. Quod ad honorem dei et proximorum profectum

1755

C O D I C E S

1756

fedum finitum est proxima feria VI. ante wenceslaj, Sub Anno domini millesimo quadringentesimo Tricesimo Nono. Adjunctum hic fuisse videtur Autoris Nomen, cui eraſo invidus quidam superinduxit: *Compiler ignoratur*, fortasse, quod *Vulcanum* metueret *Huffitarum* Scriptis olim sine discrimine imminentem, ut plurimum *Codicum* exemplo doceri posset.

CCCCXLVI.

486 Codex chartaceus lat. Sec. XV. Folior. 262. 4. ſat bene ſcriptus et rubricis enotatus est *Summa* quaedam Theologica absque Titulo et Autoris nomine in *Alphabetum* digeſta, cujus primus Articulus est *Absolutio* et initium, ut ſequitur: *Absolutio dicitur tripliciter ſcilicet Absolutio auctoritatiua. que ſoli deo convenit. Absolutio denunciatiua ex officio que ſacerdotibus limitatur.*

Et Absolutio diſpoſitiua, qua quis diſponit ſe per veram contritionem ad ſoluendum propria vincula peccatorum &c. Ita deinceps Abſtinentia. Abuſiones duodecim. Acceptio Perſonarum. Accidia. Accuſatio &c. Textibus Scripturae, Juris Canon. et Patrum ſua ſtabilit Adſerta Noſter. Recentiſſimos citari video *Hugonem Victorin.* et *Robertum Lincoln.* illum XII. hunc XIII. Sec. Scriptorem, quin et *Doctorem ewangelicum*, quo nomine apud *Bobemos* ſibi adhaerentes *Job. Wicleffus* fuit. Cujus itaque Scholae fuerit, patet ex Articulo de *Eccleſia*, ubi: *Eccleſia katholica eſt congregacio fidelium predeſtinatorum et iuſticatorum.* Item: *Eccleſia militans eſt corpus predeſtinatorum dum hic viat ad patriam.* Quae Sententia eſt inter *Job. Huſſi* damnatas in Synodo *Conſt.* Similia obſerves in Artt. de triplici Mendicatione et de *Papa.* Ad calcem:

*Fruſtus adeſt operis mercedem chriſte dona laboris
Nomen ſcriptoris ſi tu cognoſcere uelis
Ma tibi ſit primum thy medium aſque ymum.*

Si *ro* *Scriptoris* denotaret ipſum hujus *Summae* *Compilerem*, ſuſpicari quis poſſet, *Matbiam* hunc eſſe a *Panow*, *Lanow*, ſeu *Fanow* Theologum *Pragenſem* a 9. in Academia *Parifina* exactis annis dictum *Parifienſem*, de quo *Lupacius* in *Ephem.* ad diem 30. *Novembr.* et *Balbinus Bob. doct.* P. II. p. 177. Quem Virum quamvis et poſterior hic et ſe-

cundus Editor ejus Catholicis accenfere conentur, haeret mihi tamen in Profeſſione Fidei *M. Jobannis Przibram* apud *Cochlaeum Hiſt. Huſſit.* p. 540. Articulus L. in quo *M. Matbiam* *M. Jobanni Huſſi* conjungi video. Quoniam vero in *Summa* noſtra non ſemel citatur *Parifienſis*, ultra ſuſpicionem ſupra motam vix quoquam progredi fas erit,